Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Leo papa: sermo in quadragesima

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

uiam sedemur. si ergo orando cotidie ab auc-
tore nostro lucem petimus. si eandem lucē
iam per intellectum uidendo inluminati
post cecitatem sumus. ihm quem mente cer-
nimus. opere sequamur; aspiciamus
qua graditur. & eius uestigia imitando te-
neamus; ihm enim sequitur qui imitatur.
hinc namque dicit. sequere me. & dimitte
mortuos sepelire mortuos suos; sequere
enim dicitur imitare; hinc rursum ad-
monet dicens. qui mihi ministrat me se-
quatur; consideremus ergo qua graditur
ut sequi mereamur. ecce cum sit dns &
creator angelorum. suscepturus natu-
ram nostram quam condidit. in uterum uir-
ginis uenit. nec tamen p in hoc mundo
p diuites noluit. parentes pauperes
elegit. unde & agnus qui pro illo offer-
retur defuit. columbarum pullos &
par turturum ad sacrificiū mater in-
uenit; prosperari in mundo noluit.
obprobria inrisiones que tolerauit; spu-
ta. flagella alapas. spineam coronā crucē sus-
tinuit; & quia a rerū corporaliū delectatio[ta]-
ne a gaudio interno cecidimus. cū qua
amaritudine illuc redeatur ostendit;
quid itaque homo pro se pati debet. si
tanta ds pro hominibus pertulit; qui ergo
in xpo do iam credidit. sed adhuc auaritie
lucra sectatur. in superbia honoris extol-
litur. inuidie facibus inardescit libidinis

sed inmunditia polluitur. prosperari ea
que in mundo sunt concupiscit ihm in
quo credidit sequi contempnit; diuerso
quippe itinere ambulat. si gaudia delecta-
tionis que appetit. cui dux suus uiā
amaritudinis ostendit; Reuocemus
ergo ante oculos peccata que fecimus.
consideremus quam terribilis iudex
hec puniturus adueniat. mentem for-
memus ad lamenta. uita nrā ad tēpus
amarescat in paenitentia ne aeternā
amaritudinē sentiat in uindicta. per
fletus quippe ad gaudia ducimur.
ueritate pollicente quae ait; beati
qui lugent nunc qm ipsi consolabuntur. Ad
fletum uero per gaudia peruenitur. hac ea-
dem ueritate adtestante que ait; uae
uobis qui ridetis nunc quia lugebitis
& flebitis. si ergo retributionis gau-
dium in perceptione querimus. pae-
nitentiae amaritudinē in uia tene-
amus; sicque fit. ut non solū nrā in
dm uita proficiat. sed hec ipsa nrā con-
uersatio ad laudem di & alios ac-
cendat; unde illic subditur. & omnis
plebs ut uidit. dedit laudem do;

ITEM IN QUADRAGESIMA
SERMO BEATI LEONIS PAPE

LICET nobis dilectissimi adpropinquante festiuitate
paschale. ieiuniū quadragesime. ipse
legitime temporis cursus indicat. co-
hortatio tamen etiam nostri sermonis ad

hibenda est. que auxiliante dn̄o nec inutilis sit pigris. nec onerosa deuotis; nam cu̅ omnem obseruantia̅ nr̄am. ratio istorum dierum poscat augeri. nemo est ut confido de uobis. qui se ad opus bonu̅ non gaudeat incitari; natura enim nr̄a. ad huc manente mortalitate mutabilis. &iam si ad su̅ma queque uirtutum studio p̄uehatur. semp̄ tamen sicut potest habere quo recedat. ita potest habere quo crescat; & haec est p̄fectorum uera iustitia. ut numquam se presumant ee̅ p̄fectos. ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes. ibi incedant deficiendi periculum. ubi proficiendi deposuerint app&itu̅; quia ergo nemo nr̄m dilectissimi. tam p̄fectus & sc̄s est. ut p̄fectior sanctiorq; esse non possit. omnes simul sine differentia graduum. sine discretione meritorum. ab his in quae p̄uenimus. in ea quae nondum adprehendimus. pia auiditate curramus. & ad mensuram consu&udinis nr̄ę. necessariis aliquid addamus augmentis; parum enim religiosus alio tēpore demonstratur. qui in his diebus n̄ religiosior inuenitur; unde oportune auribus nr̄is. lectio apostolicę predicationis insonuit dicens; ecce nunc tempus acceptum. ecce nunc

dies salutis; quid enim acceptius hoc tempore. quid salubrius his diebus. In quibus bellum uitiis indicitur. & omniu̅ uirtutum profectus augetur; semp̄ quidem tibi o anima cristiana. uigilandum contra salutis tuae aduersarium fuit. ne ullus pater& locus temptatoris insidiis; sed modo tibi maior cautio. & sollicitior est assumenda prudentia. quando idem hostis tuus acriore seuit inuidia; Nunc enim in toto mundo. potestas ei antiquae dominationis aufertur. & innumera illi captiuitatis uasa rapiuntur; Renuntiatur atrocissimo predoni. a populis omnium nationum. omniumque linguaru̅. & nullu̅ iam genus hominum repperitur. quod non iam tyrannicis legibus reluct&ur. dum p̄ omnes fines terrarum. regeneranda in xp̄o. multorum milium milia preparantur. & adpropinquante nouae creaturae ortu. spiritalis nequitia ab his quos possidebat extruditur; fremit ergo expoliati hostis impius furor. & nouum querit lucrum. quia ius p̄didit antiquum; captat indefessus & p̄uigil. siquas repperiat oues a sacris gregibus neglegentius euagantes. quas p̄ decliuia uoluptatu̅. & p̄ descensus luxoriae in diuersoria mortis inducat; inflamat itaque iras. nutrit

odia acuit cupiditates. irridet conti
nentiam. incitat gulam; quem enim
temptare non audeat? qui nec ab ipso
dno nro ihu xpo. conectus sue fraudis
abstenuit; nam sicut evangelica pate
fecit historia. cum saluator nr. post
quadraginta dierum noctiumque ieiu
nium. infirmitatis nre in se recepiss& esu
riem; gauisus diabolus. signu se in eo passi
bilis atque mortalis inuenisse nature.
ut explorar& potentiam quam timebat; si
filius inquit di es. dic ut lapides isti pa
nes fiant; poterat utique istud omps.
& facile erat ut ad creatoris imperium.
in quam iuber&ur speciem. cuiuslib&
generis natura transir&. sicut cum uoluit
in conuiuio nuptiarum. aquam
mutauit in uinum; sed hoc magis saluti
feris dispensationibus congruebat. ut
nequissimi hostis astutia. non potentia
deitatis. sed humilitatis mysterio uin
cer&ur; deniq; fugato diabolo. & omnib;
artibus callidi temptatoris elisis. acces
serunt ad dnm angeli. & ministrabant
ei; confundantur igitur filii diaboli
atque discipuli. qui repleti inspiratione
uipea. simplices quosque decipiunt.
negantes in xpo utraque ueram esse
naturam. dum aut deitatem homine.
aut hominem deitate despoliant. cu
unius temporis gemino documen
to. utraque falsitas sit perempta. quia
& p famem corporis perfecta huma
nitas. & per famulantes angelos.
demonstrata e manifesta diuinitas;
quia ergo dilectissimi. sicut redempto
ris nri magisterio edocti sumus. n in
solo pane uiuit homo. sed in omni uerbo
di. prompta deuotione & alacri fide
suscipiamus sollemne ieiuniu. non
in sterili inedia. qua plerumque &
inbecillitas corporis. & auaritiae
morbus indicit. sed in larga beniuolen
tia celebrandu. ut simus de illis de quib;
ipsa ueritas dicit; beati qui esuriunt
& sitiunt iustitia. qm ipsi saturabunt;
delicie igitur nrae. sint opera pi&atis.
& illis cibis qui nos ad a&ernitatem nu
triunt impleamur; la&emur in re
fectionibus pauperum. quos impen
dia nra satiauerint; iocundemur in
uestitu eorum. quorum nuditatem
indumentis necessariis texerimus;
sentiant humanitatem nram aegri
tudine decumbentium inbecillitates
debilium labores & exulum destitutiones
pupillorum. & desolatarum lamenta
uiduarum; in quibus iuuandis ne
mo est qui non aliqua possit & sequi
beniuolentiae portionem;
nulli enim paruus est census. cui
magnus est animus; nec de rei

13v familiariſ modo. pendit menſura pi&a
tiſ; maiora quidem ſunt impendia
diuitum. & minora mediocriū; ſed n̄
diſcrepat fructuſ operum. ubi idem
eſt affectuſ operantium; In iſta au
dilectiſſimi. exercendarum oportuni
tate uirtutum; ſunt & aliarū inſigna
uirtutum. que nullo diſpendio hor
reorum. nulla pecunię diminuti
one capiant; ſi re fellectur laſciuia.
ſi abdic&ur ebri&aſ; & carnaliſ con
cupiſcentia, caſtitatiſ legibuſ edo
m&ur; ſi odia tranſeant in dilectione. ſi
inimicitię conuertant in pacē. ſi
tranquillitaſ extinguat iram. ſi man
ſu&udo remittat iniuriē. ſi dominorū
demq; atq; ſeruorū tam ordinati
mores ſint. ut & illorū poteſtaſ
mitior. & iſtorum ſit diſciplina
deuotior; hac igit obſeruantia
dilectiſſimi. obtinebitur miſericor
dia dī. & abolito peccatorū reatu.
religioſe uenerandum paſcha cele
bratur; Item de eodem die.

SERMO BEATI MAXIMI EPIS.

Ante dies deuotione ſcę quadra
geſimę prędicantes. ſacrarū lit
terarum exempla protulimuſ; quib;
adprobaremuſ hunc quadragena
rium numerum. non eſſe ab homi
nibuſ conſtitutū. ſed diuinituſ con
ſecratū. nec terrena cogitatione inuētū. ſed
cęleſti maieſtate preceptū; atque ideo
qui conſtitutū numerū una die man
ducando pręterit. non ut uniuſ diei
uiolator accuſatur. ſed ut totiuſ
quadrageſimę tranſgreſſor arguit;
unde bonū eſt homini. ut ad diem ſine
labore ieiun&. & totiuſ quadrageſi
mę conſequatur parit ſcitatem;
Haec cū non tam ſacerdotū pręcepta
quā dī ſunt. atque ideo qui ſpernit.
non ſacerdotē ſpernit ſed xpm̄. qui
in ſuo loquitur ſacerdote; uideamur
igitur. quo tempore hanc obſeruantiā
nobiſ indixerit dnſ. ſi non ueluti pro iſta de
uotione. cuncta elemta uoluerit
habere profectū; ecce enī indicta qua
drageſima. conſtricta hiemali gelu
terra reſoluitur. & aquarū fluenta
meatoſ ſuoſ. glacie liquefacta
recipiunt; ſic quoq; corporū nrorū.
hoc eodem tempore contracta ſcelerib;
peccata ſoluunt. & uenę purior
curſuſ. liquefacto rigore diaboli me
atū ſuū priſtinum recognoſcit;
Terra in quā indicta quadrageſima
aſperitatem deponit hiemiſ. ego in
dicte quadrageſimę aſperitatē
reici delictorum; illa terra aratris
ſcinditur. ut mundanis ſit congrua fru
gib; mea tra ieiuniſ exarat. ut cęleſtib;